

tenebris abulac et nescit q̄ eat. fu-  
 giendū ē itaq; sc̄atnū odū q̄ demer  
 git aiā in tenebras ifernales. De  
 tem⁹ etiā inuicē diligere ut vitā app  
 hēdam⁹ etnā. Un̄ dē io. j. ij. Nos sci  
 mus qm̄ translati sum⁹ de morte ad  
 vitā qm̄ diligim⁹ fr̄es. q̄ dō non dili  
 git manet in morte. Ter cō detem⁹ in  
 uicem diligere ut deum in sua maie  
 state cum gaudio videamus. pp̄ter  
 hoc dicit io. j. iij. km̄ diligamus in  
 uicem qm̄ caritas ē ex deo. et omnis  
 qui diligit ex deo natus ēa cognoscit  
 deum. i. cognoscet. Ponit em̄ p̄ns p  
 futuro. Dilectio itaq; fraterna faciē  
 dei clarissimā post hanc vitā felici a  
 nime rep̄tat. Rogate ergo deū km̄  
 ut sic nos corde ore et ope diligam⁹  
 ad inuicem ut in dulci dilectionis vi  
 culo coram dō nostro mereamur ag  
 gregari. Quod nobis p̄stare dignē

**I**n festo oim̄ sanctorum 48  
**B**eati paupes spū qm̄ ip̄oz est  
 regnū celoz. mat̄h. v. Nota  
 q̄ hodie agit solempnitas oim̄ sc̄orū  
 videlicet angeloz. p̄ar̄chaz. pp̄ha  
tū. aplōz. mart̄irū. confessorū. virgi  
num. cōtinēciū et oim̄ alioz electorū  
Unde in p̄nti euangelio et beatitudo  
singuloz p̄ponitur. et causa b̄titudi  
nis singulorū. Beatitudo vero sc̄orū  
prima origine a fonte sancte trinita  
tis p̄cedens influit humanitatē x̄pi.  
A x̄po vero b̄tūgo maria suscipiēs  
b̄titudinē tanq̄ nobilis glorie aque  
duct⁹. deportat eā angelis. p̄ar̄chis  
pp̄his. aplis. mart̄ibz. cōfessoribz. v  
gim̄bz et continentibus. ac deinceps  
omnibus alijs sc̄is. ¶ Primo igitur

oñdit dñs quare angeli bea titudinē  
 sint assecuti sic inquit. Si paupe  
res spū qm̄ ip̄oz ē regnū celoz. glō  
paupes spū sūt hūiles nō inflati. nō  
alta sapientes sed timentes. Hoc cō  
grue dicit de sanctis angelis a celo  
pp̄ter sup̄biam deiectis. sci angeli q̄a  
se sub deo humiliauerūt et creatorē  
suum filiālit̄ timuerūt in gr̄a p̄stite  
cūt et in regno celoz confirmati fue  
runt. Si igitur angelorū consequi  
uolumus societatem imitemur et ip̄  
soz humilitatem. Et nota q̄ sup̄bia  
sūmope est fugienda. Deus quippe  
sup̄bos sūme detestat et odit. Unde  
dicit iacob. iij. Deus sup̄bis resistit  
humilibus autem dat gratiam. Hu  
mihamini ergo in cōspectu dei et ex  
altabit vs. Dicit etiā ec̄. f. Quid  
sup̄bit terra et cinis? Inciū ois p̄ti  
est sup̄bia qui tenuerit illam reple  
bitur maledictis. glosa in cope et a  
nima et subuertet eum in suem. seq̄  
tur infra. p̄dit deus memoriā sup̄  
boz et reliquit memoriā humilium  
sensu. glosa idest humilium corde.

**S**econdo dñs ostendit quare sci  
 p̄ar̄che celestem bea titudinē sine  
 cōsecuti ita dicens. Beati mites qm̄  
ip̄i possidebunt terram. Ammirabili  
ter mites erant et patientes sancti  
patriar̄che. iniurias em̄ hominum  
matignorum in magna mansuetudi  
ne sustinuerunt. sicut liber geneseos  
satis euidenter declarat. Unde et ip̄  
si non solū terre morientū sed et ter  
re viuencium possessores effici meru  
erunt. Habundantes quippe et in  
ista vita fuerūt et postmodū ad reg  
ni celestis habundanciā puenerunt